

Bibliothèque numérique

medic@

**Lamy, Guillaume - candidat / Yvelin,
Pierre - président. - An ut semen
materia foetus, sic & ejusdem opifex ?**

1670.

Paris

Cote : ms 79 n°1233

Q U Æ S T I O M E D I C A

QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS MANE DISCUTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORUM DIE JOVIS XX. NOVEMBRIS

M. PETRO YVELIN, Doctore Medico, Præfide.

An ut semen materia foetus, sic & ejusdem opifex?

CUM æternâ nullâque arte declinandâ lege sancitum sit mortem ut oppetant quæcumque nascuntur animantes, eorum genus omne deleteretur, nisi sacre se propagarent, similiumque procreatione æternitatis quodammodo participes fierent. Inter illas plurimæ certis ex causis, quæ vulgaria latent ingenia, sponte, & sine ullo, silem manifesto, feminis jactu suboriuntur, cujusmodi sunt vermes, eruce, apes, vespæ, scarabæi, crabrones, & quotquot solent *autem* appellari, quorum neque tanta vilitas est, ut pueri à materia originem ducant, neque tanta nobilitas, ut sit aliquis Deus, à quo fingantur cælo devocandus: calor, qualis verè est, temperato quodam focu ac tepore gignuntur propriis è feminibus, vel passim suis aptè coëuntibus principibus extra hæc animalcula coagulantur, vel ab ipso mundi exordio in aëre, aquâ, terræve sparsa temporum serie evolvuntur ac prodeunt, vel demùm sunt ex oris à suis speciei viventibus ubivis relictis, quod perspicuum in bombycibus, minis in carent, quorum nec utilitas ulla est, nec tam facile capitur experimentum: Casui munis patet generatio oviparorum & viviparorum, quæ necessariò à sui similibus, conspicui feminis interveniunt, procreantur.

PERFECTIORA animalia ut primùm adoleverè, gignant, habentque semen in suis reconditis locis, absumpto scilicet prægressæ ætatis humore superfluo robur colligunt partes, plusque ultimi assumunt alimenti quàm opus sit ut alantur & augeantur: Propterea inde quædam particulæ maturorum fructuum instar decidunt, cùmque per meatus vi caloris dilatatos unâ confluant, partem efficiunt alteram feminis è spiritu & humore conflati. Is porro humor *procreans* quædam est, seu commemoratarum particularum (quæ germana hæc partium omnium femina ac rudimenta) confusa congeries. Spiritus autem, feminis pars altera, apud Chemicos est Archeus, apud Medicos viventis formator & opifex, fortè quæ apud Aristotelem forma substantialis. Quæcumque nomen ipsi imponatur, non est materie expertis substantia, non stellaris essentie scintilla, non avulsa pars ætheris, non focarius ignis, non Dei particula, non ab illâ totius mundi animâ direpta portio, sed prætenue corpus ex subtilissimis partibus mobilibus corporeculis ingeniosè concinnatum.

SEMEN nec cerebri filla est, nec spinalis medullæ destilium, nec universi corpora excrementum, nec quippiam à tribus duntaxat principibus partibus, sed ab omnibus singulisque profectum. Cave tamen putes illud in plenâ jucunda voluptatis conjunctione per coecos ductus cissimè genitales ad partes currere. Ille enim humor qui feminis materia est, nullo definito tempore per minimas venas in majores delapsus, ab usque per cavæ truncum in cor unâ cum sanguine eò se referente deportatus, tum per descendente aortam, arteriasque spermaticas deductus ad testes, ac per eos non secus atque serum per renes, crenas, à sanguine cui erat admixtus sejungitur, ac demùm in propria conceptacula, his qui cadavera aperire explorata, amandantur: Pernix autem, tenuis admodumque mobilis spiritus in humorem ipsam per tacitas vias momento se induit, atque is quoties succensus effervescit, confestim surgit illa, quæ ferè rationis jugum excutit, coëundi libido furiosa.

SPIRITUS tunc potissimum in humorem incurrit, cùm sexus discreti, in illo solemnî officio quod mater in foetum miscet, mutuo sibi blandiuntur molliisque se se atque, istis quippe illecebris, quibus majori proluetur, is vehementer concitatus impetu fertur in pudendas partes, quas instat distenditque libidine. Ita *utro* octro perciti amantes ruunt in amplexu veneres, quos inter, partibus omnibus contentibus, spiritus sui portionem exprimunt, eamque femini inclusam tanto interdum delectationis sensu ejiciunt, ut tum aliquod etiam de animâ exille sibi perluideant: adeo in hoc ipso ultimæ voluptatis actu marcescunt & devagescunt, nec sine quodam lucis detrimento. Et certè nisi hac penè amens rapere præteritæ oblectationis recordatio, aut nunquam, aut rariò datur proli opera: Mafne verò, cujus calor uberior, ætiorum sub Venereis vexillis catullionem persequatur, an emissio admilique femine magis oblectetur femina, non facillè pronuntiaveris.

QUEMADMODUM peractâ te veneres, jacta hinc inde in uterum femina permiscetur & in unum coalescit, hæc ex amborum spiritibus unus fit spiritus, mox quidquid est subtiliorum partium ad intima se se recipit, suisque coagitationibus crassiores ac veluti superfluentes elidit, & versùs molis universæ superficiem abiit: Hæc verò, quia partes sunt & quodam necessitudinis vinculo coherent, abeunt in membranas genitura obvolutas. Interea inclusa confusaque reliquæ humoris particule, ob ingenitos quos obtinent motus, ita se se expellunt, utque ejusdem modi sunt societatem coeant, eumque sibi vendicent locum ac situm quem tenebant partes à quibus decisse sunt: Ita quæ à capite prodierit, conveniunt ad coaglandum caput, quæ à pectore ad pectus, quæ à artibus ad renes, quæ ab artibus ad efformandos artus commigrant: Et rursus ex his quæ ad caput pertinent (sit illud instar omnium) sigillatim aliquæ concurrunt ad effingendas particulas is consimiles à quibus decerperunt, ad oculum scilicet, quæ ab oculo, ad nares, quæ è naribus excidère, &c. Istarum autem partium descriptionem, formationem, ordinemque aggreditur, promoveret, & absolvit solas spiritus cohibitus in femine omnium perfectiorum animalium præterquam hominis, cujus admirabilis fabricatio tantæ dignitatis est & excellentiæ, ut illa non nisi animâ duce perfici queat. Neque tamen putes spiritum illum aliquâ cognitione ductum opus suum elaborare, quoniam ex ipsè est principis ejusdemque naturæ cum spiritu è quo defluxit, ad eandem aspirat motiones, quarum obeundarum necessitas efficit, ut nihil non certâ ratione digerat, & compingat. Partibus tandem hoc modo expeditis, subtiliores spiritus extricati & corde accepti moventur expeditissime: Crederes peculiarem sui generis ignem luce defectum, qui ut primùm accenditur, vita incipit, humi atque extinguitur, desinit.

Ergo ut semen materia foetus, sic & ejusdem opifex.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Fabianus Perreau.

M. Edmundus Charrier, Chirurgiæ Professor.

M. Raphaël Maurin.

M. Ludovicus Gallus.

M. Franciscus Gouët, Scholæ Professor.

M. Petrus Crispi.

M. Paulus Courtois, Professor Regius.

M. Guillelmus Petit.

M. Rolandus Merlet.

Proponebat Lutetiæ GUILLELMUS LAMY, Constantiensis, A. R. S. H. 1670.